

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dissertatio Exegetico-Critica Exhibens Vindicias
Integritatis S. Scripturae Qvo Ad Locvm Vexatissimvm 2.
Chron. XXII, 1.2 De Annis Ahasiae**

Consentiente Venerando Theologorum Ordine - A. D. Jvnii A. R. S. MDCCL
... Pvblice Tvebitvr

Lilienthal, Theodor Christoph Lilienthal, Theodor Christoph

Regiomonti, MDCCL

VD18 90565037

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-15087

O. D. B. V. Theol II 120
DISSERTATIO EXEGETICO-CRITICA
EXHIBENS
VINDICIAS INTEGRITATIS
S. SCRIPTURAE
QVOAD LOCVM VEXATISSIMVM
2 Chron. XXII. 1. 2.
DE ANNIS ACHASIAE.

CVIVS PARTEM PRIOREM
CONSENTIENTE VENERANDO THEOLOGORVM
ORDINE

A. D. JVNII A. R. S. MDCCCL. H. L. Q. C.
PVBLICE TVEBITVR

PRAESES

THEOD. CHRISTOPH. LILIENTHAL

S. THEOL. D. ET PROF. EXTR. COETVS NEO-ROSGARTENSIS PASTOR
ET BIBLIOTHECAE SENATVS REGIOM. PRAEF. PR.

RESPONDENTE

IOHANNE GOTTLOB RVTZEN,

BEROLINENSI, S. TH. CVLT.

OPPONENTIBVS

IOHANNE CHRISTOPH. MEYER, REG. BOR. S. TH. CVLT.


ET

IOH. CHRISTOPH. GERICKE, RIG. LIV. PH. ET S. TH. CVLT.

REGIOMONTI,

STANNO REGIAE AVLICAE ET ACADEMICAE TYPOGRAPHIAE.





B.I.G.

Farbkarte #13

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



Landesbibliothek Oldenburg

Discourse of Freethinking p. 87. sq. MATTH. TINDALL *Christentum so alt als die Welt*. Cap. 6. p. 106. 109. Cap. 12. p. 314. Cap. 13. p. 460. 498. 563. sqq. THOMAS MORGAN *Moral Philosopher* T. I. p. 440. 442. 447. Tom. II. *Letter to Eusebius* p. 17. T. III. p. 131. DE LA SERRE *Religions-Prüfung* p. 72. 75. 80. et novissimè IOH. CHRISTIAN EDELMANN *im Mose mit aufgedecktem Angesichte* Part. I. p. 19. 20. 47. sq. 56. 72. 74. 80. 84. 85. 125. nec non *in der Begierde nach der vernünftigen lauterer Milch* p. 7. 42. 64. 78, et *in dem Glaubens-Bekänntnis* p. 43. 47. 54. 60. 65. 67. 164. 205.

§. II.

Immota tamen contra tot aduersariorum insultus verbi diuini in aeternum duraturi (1 Petr. I. 25.) perennat integritas, solidissimisque euincitur argumentis. Iudaeos quibus concredita erant eloquia Dei, (Rom. III. 2.), Codicem sacrum deprauare nec potuisse, nec voluisse; tam certum est, quam quod certissimum. Prophetæ strenui puræ religionis vindices, talem nunquam permisissent corruptionem: quæ nec post illos, tum ob mutuum Iudæorum et Samaritanorum in se inuicem odium, tum ob subortas in gente Iudaica diuersas sectas, fieri facile potuit, nec vnquam facta est. Christus enim eiusque Apostoli hoc Iudæis crimen nunquam exprobrarunt; potius sine vlla iniecta deprauationis mentione, auditores suos ad librorum V. T. lectionem remittunt. Matth. XXIII. 2. 3. Luc. X. 26. XVI. 29. Ioh. V. 39. Act. XV. 21. Deinde vero, ob suam per vniuersum terrarum orbem dispersionem, multo minus quicquam ex communi consensu mutare valuerunt Iudæi in libris Biblicis; qui præterea in Christianorum iam manibus erant, cum quoad textum Hebraicum, tum quoad varias eiusdem versiones, vnde facillime Iudæorum fraus detecta fuisset, si quem committere voluissent. Hoc tamen admodum improbabile est. Si enim loca quaedam S. Scripturæ data opera corrumpere in animum induxissent; illa certe interpolassent dicta, ex quibus Christiani contra illos recte probant, Iesum verum esse Messiam; nec illis pepercissent testimoniis, quæ de execrandis maiorum suorum peccatis foedissimaque idololatria agunt. Quum vero in istis nihil immutauerint locis; nulla dari potest ratio, cur alibi Codicem sacrum mutilare voluerint: quem potius sanctissime conseruare studuerunt, adeo vt Masorethæ hunc in finem omnes versiculos, voces et litteras eius numerauerint, reliqui vero nunquam non in describendis

bendis

